

siae Jaccensis Episcopus * Belasco Cenovii S. Joannis
de Pina *

A P E N D I C E VI.

TESTAMENTO Y CODICILLO DEL CONDE DON
*Sancho, hijo del Rey Don Ramiro primero. Se halla
 original en el archivo de la Catedral de Jaca en
 el cajón de Privilegios.*

In nomine Sancte & individue trinitatis. Hoc est testamentum quod ego Sancius Ranimiri Regis filius facio pro salute anime mee parentumque meorum, atque omnium benefactorum meorum. Quoniam humana natura brevia & fragilis est, metu superventure mortis, ne ipsa ut plures incautum me recipiat; de his que possideo testamentum constituo, & constituendo confirmo, atque confirmata certissime laudo. In primis totum honorem meum, castra, villas, terras, vineas, montes, vallies culta & inculta ad meum honorem pertinentia, uxorem, filium & filias meas in potestate dei, & domini mei regis Anfursi commendo, ut ipse regat & gubernet secundum Deum omnia. Super hoc mando & constituuo de meo honore quem habeo, ut post mortem meam habeat Garsias filius meus, Exaver cum villis & terminis suis, homines & feminas, terras, vineas, montes, vallies, culta & inculta quantum ibi habeq & habere debeo, totum ab integro extra villas illas per nomen Sie-
 so, Latre, & Laiesse & Leresse cum terminis eorum homines & feminas, terras & vineas, montes & vallies culta & inculta que sunt dote de sua matre. Similiter man-
 do Garsie illam medietatem de illos molinos & de illo orto qui sunt in Gallico circa illos molinos de illo orto de Sancta Maria. Illa alia medietas est dote de sua ma-
 tre. Laxo quoque ad Garsiam illas meas casas de Uno-
 castello cum mea hereditate, & illas meas casas de Bel cum ipsa hereditate, & illa villa Noveceros cum suis

terminis , & illam meam almuniam cum illas casas de Osca. Precipio etiam & confirmo ut illo camio quod dedit mihi rex per Ayvar totum sit de Garsia. Sed si acciderit quod filie mee perdant viros suos , & causa necessitatis redierint mansure in hanc terram laxo Atalese filie mee de predicto camio tres villas , Avena & Binue, & Aracastello , cum terminis earum , homines & feminas, terras & vineas , montes & valles , culta & inculta. Beatrici vero , Ibrot , & Larresella & Aiesse laxo cum terminis earum , homines & feminas , terras & vineas, montes & valles , culta & inculta. Post mortem vero earum predicte sex ville redeant in potestatem filii mei Garsie & in potestatem filiorum ejus si eos de legitimo conjugio habuerit. Quod si filios de legitima uxore non habuerit , hec & omnia predicta que illi dimitto post mortem ejus dividant filii & filie filiarum mearum secundum morem terre. Iterum si filii unius filie vel duarum filiarum mearum mortui fuerint sine filiis legitimis , tota pars illorum redeat in potestatem viventium filiorum alterius filie mee. Verumtamen si Garsias filius meus habuerit filios non legitimos , habeant tam in predictis sex villis , quam in omnibus aliis talem partem qualem filii unius filie , tali conventione , quod si mortui sine filiis fuerint , pars eorum redeat ad filios filiarum mearum ut prediximus. Eodem modo si filii filiarum mearum omnes sine legitimis filiis mortui fuerint , totum redeat ad filios Garsie. Istud totum quod supra scriptum est eo tenore & ea conventione concedo Garsie filio meo , ut si insipienter & male facere voluerit , & honorem prefatum dare , aut vendere , aut alienare quesierit , licentiam non habeat , sed sicut superius scriptum est , immoviliter totum permaneat. Pre omnibus autem istis precipio Garsie filio meo ut omnibus diebus vite sue det pro anima mea unoquoque anno anniversario Canonicis de Jacca II.K. de farina & II mtr. de vino ad mensura de Jacca , & XX. s1. de dineros. Pauperibus vero III.K. de farina & III. mtr. de vino ad mensura de Jacca. Mando etiam illi , ut quod Ego concessi Ecclesie Lasiensi propter honorem S. Petri romane Ecclesie in villis,

vineis, terris, ortis, & excusatis, sicut scriptum invenit in privilegiis predicte Ecclesie, nihil minuat vel subtrahat, sed semper cum bona voluntate eandem Ecclesiam tueatur & custodiat. Depreco tandem clementiam & excellentiam domini mei Regis Anfursi, ut si filius meus Garsias, sicut frater suus major semel fecit, honorem suum dare, aut vendere, aut alienare voluerit, ipse dominus meus Rex interdicat ei, & non det licentiam, neque consensiat facere, quod scit fratrem suum regem Petrum consensisse filio meo Petro. Sed sic faciat omnia servari & teneri sui gratia, quemadmodum in meo testamento invenerit scripta. Si autem mors mihi venerit antequam aliud testamentum faciam, sic fiat.

Facta carta in Jacca mense iunio. Anno ipso quo rex Anfursus Deo miserante suscepit regnum. Era M.C. XIIII. Regnante domino nostro Jesu-Christo ubique, & sub eo rege jam dicto gloriosissimo Anfurso in Aragone & in Pampillona & in Ripacuria, in Montson quoque & in Osca. Rege Anfurso in Toleto & in Castella. Episcopo Stephano in Osca, Episcopo Petro in Pampilona, Episcopo Raimundo in Ripacuria.

Ego Sancius Ranimiri regis filius suprascripta laudo, & hoc signum * manu mea facio.

En el mismo Pergamino, y de la misma letra prosigue la adición, ó Codicilo en esta forma:

Facto ut suprascriptum est testamento, de
volo, & mando ego Sancius Ranimiri regis filius, ut si
ego in vita mea non persolvero, dentur ad edificatio-
nem capelle mee, Jacce fundate in honorem sanctissimi
Nicholai, & Sancti Augustini, atque beati Marcialis
X'. K. tritici, & XX. K. ordei, & X. mtr. vini in ho-
nore de Ara, ad ipsam mensuram. Post mortem vero
meam dentur iater Unocastello. ad Sanctum Sal-
vátorem de Leior X. K. tritici X. mtr. Ad Sanctum
Johanem de Peona dentur inter Exaverri & sua hono-
re X. K. tritici X mtr. Ad Sanctam Crucem de Sorori-

bus similiter inter Exaverri & sua honore X. K. tritici X mtr. Ad Sanctum Salvatorem de Exaverri similiter inter Exaverri & sua honore X. K. tritici & X. mtr. Ad Sanctum Laurentium de Ibort similiter inter Exaverri & sua honore X. K. tritici , X mtr. Ad filiam meam Beatricem dentur in honore de Ara & de terra de Osca C. mensure. Precipio insuper ut septimo die sepulture mee dentur Senioribus de Jacca II. K. farine & II. mtr. vini ad mensuram de Jacca , & XX solidos de dineros. Pauperibus vero III. K. farine & III. mtr. vini ad mensuram de Jacca. Tantum. detur eisdem Senioribus & pauperibus trigesimo & quinquagesimo die. Hec omnia persolvantur , & quicquid residuum fuerit, si Garsie filii mei : sed videat ut sit memor omnibus diebus vite sue prescripti mee anniversarii.

Ego Sancius Ranimiri sicut suprascripta signavi... similiter ista laudo & confirmo , & hoc signum ✠ manu mea facio.

A P E N D I C E VII.

INSTITUCION DE LA REGULARIDAD DE LA Iglesia de Jaca por el Obispo Don Garcia , y el Rey Don Sancho Ramirez su hermano en el siglo XI. En el archivo de la Catedral de Jaca hay una copia , otra en el de la Ciudad en el libro de la Cadena , y otra en el de la Iglesia de Huesca , arm. 9. leg. 3. num. 62.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Hæc est catta , & confirmatio , quam ego Garsias gratia Dei Aragonensium Episcopus facio pro animæ meæ remedio , & parentum meorum , necnon pro prædecessorum , successorumque meorum salute. Considerans namque ecclesiasticum ordinem omnino fere ab statu rectitudinis , & norma apostolicæ institutionis defluxisse , tum Episcoporum , sua diligentium , & non Christi , negligencia , tum si- mo-